

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Peter Dreier Jessenus Jacobi

## **De Natura Logices Quam Natura Naturante favente**

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730226085>

Druck Freier  Zugang



Ruephil 1646  
Peter Dreier  
Jesu Jacobi



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730226085/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730226085/phys_0002)

DFG

DE  
N A T U R A  
LOGICES

No. 80  
13

Quam

Naturâ Naturante favente

Consensu Suffragio Amplissima Facultatis Phi-  
losophicae in inclitâ Universitate ad Varnum

S U B P R E S I D I O

DN. M. PETRI DREIERI,

Hattersleb. Holsati

Ex ejusdem prælectionibus & probatis Autori-  
bus congestam placido Doctorum examini  
proponet

J E S S E N U S J A C O B I , Flensburgo  
Holsatus Auth. & R.

ad diem 23. Junij

I N C O L L E G I O U N I C O R N I S .



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILLI, Academia Typographi.  
ANNO M. DC. XLVI.



**N**aturam Logice impræsentiarum propositi, ut rectâ viâ incedamus, non male methodum præmitimus nostram, quia quod anima est corpori viventi, id methodus dissertationi. Methodus nostra hæc esto, i. ut Nomen Logices. 2. Definitio 3. Divisio, 4. Usus perlustrandus veniat, ex quibus ritè perspectis Naturam Logices percepimus. Ut tamen omnia ordine ac decenter sint, invocato prius nomine divino, rem ipsam sine ulteriore præfatione aggrediamur.

CAP. I.  
DE NOMINE.

§. 1. Circa Nomen quod est Logica sex sunt consideranda, 1. Existentia 2. Euœdolia. 3. Etymologia, 4. Homonymia. 5. Synonymia & 6. Paronymia.

§. 2. Existentiā quod attinet, an etiam Logica existat? Rectè eam primo loco querimus, quia frustrè de materiâ quadam sive adornandâ, sive addiscendâ occupati essemus, & ejus labor planè supervacaneus esset, si ejus existentia in dubium vocetur; Affirmativam itaq; sententiam statuimus: quia (1) datur in logica objectum materiale & formale à cæteris distinctum: Illud est omne Ens, quod aliis disciplinis etiam commune esse potest: Hoc est, quatenus Enti notiones secundæ imponendæ sunt, secundum hoc formale Logica ab aliis disciplinis distinguitur. (2) quia nulla alia disciplina reperitur, quæ ex professo de notionibus secundis agit, quam Logica. Ergo datur ejus Existentia.

§. 3. Existentiā excipit euœdolia, seu quo in loco velante omnes Philosophiaæ partes, vel post eas Logica pertractanda sit: sententiam nostram salvo meliori aliorum judicio proponamus, ut 1. Grammatica addiscatur; Logica enim prærequirit sermonem latinum ad animi sensa proferenda 2. Logica confusè seu Logices aliqualis cognitio ante habitus reales, ne his permisceatur 3. Rhetorica quia terminos mutua-

tios quamplurimos ex logica habet, qui absq; præviā notitiā Logices cognosci non possunt. Huic disciplina Mathematica addi possunt, imprimis Arithmetic & Geometria, quæ ob ocularem demonstrationem intellectu non difficiles sunt. 4. *Philosophia practica*, quia juventus statim ad mores informandos & virtutes imbibendas adsuē fieridebet. 5. *Philosophia Theoretica*, ratione eminenti et cognitionis distincta, quæ tunc ob difficultatem melius cognosci potest. 6. & ultimò *Logices accurata per tractio*, quia termini in Logicā in prædictis contenti, tunc melius intelligi possunt.

§. 4. Εὐμεθοδία sequitur Etymologia seu originis notatio. Logica dicitur ἀπὸ τῆς λόγου, quod est ex λέλογα, cuius Thema est λέγω; & hoc videtur descendere ex habere γολλού gula, fauus, cuius Radix est γολλού absorberi, deglutiri.

§. 5. Λόγος dupliciter potest considerari, i. ut *Divinus*, 2. ut *Humanus*. *Divinus* est vel υπερπνοή pro Christo Θεανθρώπῳ sic Joh. 1. v. 1. εἰς ἀρχὴν ἦν ὁ λόγος καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸ τὸν θεὸν καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος: vel gratia v. g. ut Jacob. 1. 2. δέξασθε τὸν μυΦιτὸν λόγον, τὸν δυνάμενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν, vel potentia Matt. 8. 8. μόνον εἶπε λόγον καὶ σωτίσετε ὁ πᾶς με. *Humanus* est vel ἐστω, *internus* qui dicitur *Ratio*; vel ἔξω *externus*, qui vocatur *Oratio*.

§. 6. Λόγος quando innuit rationem, dicitur ἐνδιάθετος *internus* concepius, quia primariò rationem perficit & informat; quando vero innuit *Orationem* dicitur ωφελεῖος. Et hoc modo tantum secundariò & per accidens, quia internos conceptus profert, seu rationis operations ad extra prodit & cum aliis communicat.

§. 7. Hic sunt non infimi nominis viri nonnulli, qui *pro Ratione*, quidam *pro Oratione* tanquam pro aris & focis pugnant; Rectius illos statuere putamus, qui utramq; tam *rationem*, quam *orationem* ponunt; illam autem primario intellectam volumus, quia dirigit tres mentis operations, hanc vero secundariò, quia involvit non tres mentis operations comprehensim, sed tantum discursum, *ratiocinationem*, seu *argumentationem*, & *orationem externam*.

§. 8. Etymologiam excipit ὄμωνυμία seu termini æquivoci. *Logica* accipitur 1. Latissime, pro omnibus habitibus instrumentalibus, ut in

801 1912



in Stoicorum divisione videre est, qui Philosophiam integrum dispescunt in Physicam, Ethicam, & Logicam. Per Physicā Philosophiā Theoreticam intelligunt. Per Ethicam Practicam; per Logicam vero habitus instrumentales. 2. Latè, pro naturali ratiocinandi facultate, seu pro Logica naturali, quæ alias appellatur ἀναχύσεις id est artificii expers; Hanc Rustici & infantes quoq; habent innatam, hinc homo salutatur οὐού λογίαν, teste Aristotele lib. i. Elench. 1. 2. Et est promptitudo inferendi congenita; 3. Strictissime pro solâ Metaphysicâ: sic Plato accipit in Philebo & Phaedro cap. 6. & 7. de Republ. 4. Strictè pro praxi Logices, seu Logica usuali quæ est naturalis promptitudinis ad certum objectum circa artem applicatio facta; 5. Externè, sic systema præceptorum logices dicitur Logica; 6. Essentialiter & propriè pro habitu ratiocinandi artificiali. Hæc ultima acceptio est hujus loci.

§. 9. Logica Artificiali vulgo distingui solet in docentem & uterum Logicam: Illa est, quæ in cognitione modi bene differendi est occupata, quæ instrumenta per discursum efformat, sed adhuc à rebus avulsa est, ut quid sit bona definitio & ejus requisita? quid propositio? terminus? syllogismus? &c. Hæc, quæ secundum modum à docente præscriptum bene differit, rectasq; operationes intellectus elicit. Hæc est nostra considerationis.

§. 10. Συναρτητική putà Grammaticam non Logicam absolutâ ὁμωνυμia adducere aggredimur. Ejus sunt Logica & Dialectica secundum magnorum Virorum sententias, ut Danhavveri in Epit. dial. pag. 1. Kirchm. &c. inter alios videsis Clariss. Dn. Jacobum Martini in proœmio institutionum Logicarum, m. p. 2. Verba ejus hæc sunt. Lices alii discriben querant inter Logicam & Dialecticam, illam Generalem, & totum complecti, hanc specialem & locostopicos (quamvis pleonastice dictum) transsum comprehendere ita ut Logica ἡ τὰ λογίας & ratiocinari: Dialectica vero à dialepticis colloqui vel differere, quod particula dicit inuit unde Dialogi, attamen nobis sunt συναρτητικαι propter indifferentiam magni nominis virorum indifferenter hū vocibus utentium.

§. 11. Reliqui termini æquipollentes sunt honorarii, ut organum organorum, cynosura, oculus rationis, manus Philosophiæ, Vallum Philosophiæ (ut vallum urbem munit, ne hostes irrumpant, ita logica Philosophiam conservat, ne hæreses irruant, eamq; everant, ) Invenitum Deorum &c.

§ 12. Tandem *magis vobis*, seu cognitio significationes quid concernit, fatemur sententiis summæ eruditionis virorum collatis, magnam cognitionem esse inter *Logicam*, *Dialecticam* & *Metaphysicam*; operæ premium esse statuimus, quomodo convenient & quomodo differunt, ostendere. Convenient in hoc, dum versentur circa omne cognoscibile seu omne Ens: Differunt tamen *Logica* & *Dialectica*: *Logica* includit *Dialecticam* quia tam *communem*, quam *propriam* pertractandam assumit, *Dialectica* verò *Logicam* non includit, sed est tantum pars *propriæ sc. locorum topicorum*. Hinc differunt sicut totum à parte, ut res. Etè nostrâ sententiâ Præceptor immortalis recordationis noster Kirchmannus pag. 1. Log. autumat. *Logica* à *Metaphysicâ* distinguitur 1. dum hæc realia seu notiones primas Germanicè *Naturwörter* considerat: illæ verò intentionalia seu notiones secundas, germanicè *Kunstwörter*/ quæ per intellectus operationem exsurgunt, & nuspian nisi in mente sunt, quæ ostendunt, quomodo aliquem terminum facilius apprehendere, in propositionem dirigere, & tandem syllogismum inde confidere queant. 2. *Metaphysica* est habitus principalis, qui non propter aliud, sed propter se expetitur & addiscitur: *Logica* planè non propter se appetitur & addiscitur, sed propter aliud, utpote *Theologiam*, *Jurisprudentiam*, *Medicinam* & *Philosophiam*, hinc ὡραῖον ὥραῖον appellatur. Hæc de nomine hac vice sufficient, ad Definitionem nos accingimus.

### CAP. II.

## DE DEFINITIONE.

§. 13. Considerato jam *Nomine* seu definito, quod fuit *Logica*, videamus, quomodo legitimum genu, legitimamq; differentiam definiti, quæ duo legitimam definitionem concernunt, eruere possimus.

§. 14. De Genere quot capita tot sententiaz reperiuntur, vide. *Zabarellam* inter alios lib. 1. de naturâ Logices cap. 1. Ordine singulas enumerare angustia chartæ non permettit; Nonnullorum saltem sententias brevi annotasse sufficiat.

§. 15. Quidam supervacaneum esse censem disquirere de Genere modò rem teneamus, at quomodo quis rem tenebit, qui formam ignorat? Genus in accidentibus sumitur à formâ quæ in *Logica* est habitus instrumentalis.

§. 16. Alii ab Aristotelis ævo ad hoc nostrum ferè seculum, omnia

ex

ganum perfectum esse pugnant. At ipse Aristoteles nec *Definitionem*  
nec *Genus Logices* protulit ideoq; nec ejus Logica perfecta esse potest.  
Respondeatur quidem ad hoc Aristotelem conscripsisse, *Artem* id est,  
*Logicam*, non verò de arte, i. e. de naturā & constitutione artis, seu de-  
finitione & divisione, quæ salvā arte omitti possunt. Verum enim vero  
non videmus, quomodo se à contradictione tueri possunt, qui Logicam  
Aristotelis perfectam esse perhibent, attamen ut de arte quicquam con-  
scriberet, non fuisse necessarium fabulantur. Licet definitio & divisio  
tanquam procēdium utile non semper necessario præmittatur, præmit-  
tit tamē, ut prægustum aliquem tractatus habeamus, interim debent  
necessariō in arte poni, vel arte absolutā postponi, nam definitio & di-  
visio implicitè totam rem considerantes, tum demum accuratè intelli-  
guntur.

§. 17. Scholastici autoritate Aristotelis & traditionibus assueti ne  
hilum ab Aristotele abscedere audent, *Genus Logices* eruunt ex Habi-  
tibus lib. 6. Eth. Nicom. cap. 3. propositis, quorum quinq; reperiuntur  
& allegato loco recensentur, videlicet, *Intelligentia*, *Scientia*, *Sapientia*,  
*Prudentia* & *Ars*.

§. 18. *Intelligentiam* non posse esse, neq; *Sapientiam* constat, quia  
hi habitus pro fine habent ipsam cognitionem, in qua subsistunt, at *Lo-  
gica* non in solā cognitione, sed operatione consistit.

§. 19. Neq; *prudentia* dici potest, quia versatur circa illa, quæ sunt  
vel honesta vel inhonesta, quæ virtutes vel vitia, qualis habitus in *Ethice*  
considerandus venit.

§. 20. Pleriq; verò *scientiam* volunt esse, & illi vel *simpliciter* pro-  
pugnant, sic extra dubium *Logicam* esse disciplinam speculativam conce-  
dere debent, in hac opinione est *Scotus*, *Frantiscus*, *Toletus* & alii. Alii  
*scientiam practicam* ut *Fonseca*, *Conimbricenses* & alii statuunt. Alii  
*scientiam non docentem sed utentem*. Alii videntes, quod nec *Logica*. si  
*simpliciter scientia*; nec 2. *Scientia practica*, nec 3. *in docentem ab utente*  
*distingui*, duos habitus, līco generis constituerunt videlicet *scientiam*  
& *artes*, ut *Logica* sit disciplina Theoretico - practica, de quibus videa-  
tur *Mendoza*.

§. 21. Alii contemplantes, quod nec ita res procedat, relictis allatis  
habitibus, alia *Logicae* attribuēre genera, ut *potentiam*, *affectus*, *disposi-  
tionem*

nem Piscatorium, Ramum, &c.

§ 22. Non esse potentiam sole meridiano clarus est, quia potentiae nobis à natura insunt, Logica vero à natura non inest, sed multo usu comparatur.

§ 23. Neq; nōθov, quia omnes affectus repentinus esse deprehendimus, ut ira, metus, lātitia, Logica vero non: quia crebris actionibus & exercitationibus acquiritur, acquisita non facile exiuit.

§ 24. Alii Ramum secuti artem & doctrinam promiscue retinuerunt. Novitii fere omnes convenient etiam in hoc, quod sit ars. Cum vero Ars ab Aristotele inter habitus supra dictos principales numeratur & Logica sit instrumentalis habitus ideo artem distinxerunt in principalem & instrumentalem, ita ut Logica non sit ars principalis, sed instrumentalis.

§ 25. Zabarella tandem ex Aristotele alia ratione Genus profert vide. licet habitum instrumentale esse dicendo, quamvis explicite Genus hoc in Aristotele non inveniatur quia Aristoteles tantum recenset illos habitus, qui gratia sui, seu propter seipso experuntur: Implicitè tamen insinuat, quia habitus instrumentales ad hosce enucleandos faciunt. Quemadmodum enim Roman iter facturus, non nominat urbes intermedias, per quas iter facturus est. Sic & Aristoteles quinq; habitus esse recenset, sed non mentio sit habituum intermediorum sc. instrumentalium, per quos ad principales habitus pervenimus. Huic sententiae nostrum calculum adjudicere volumus, debemus.

§ 26. Rejicimus ergo argumentis firmioribus nisi aliorum Genera, quæ pluribus refutari & nostræ rationes adduci possent, charta caperet. Omessa itaq; discursui relinquenda sunt.

§ 27. Absoluto Genere conferimus nos ad ipsum Objectum, quod aliis est Subjectum, cum tamen confundunt Subjectum cum Objecto, Objectum enim vocatur alias Materia circa quam, Subjectum Materia in qua, v. g. Tutoris objectum est Corium, subjectum vero est cognitio mentis, ut possit confidere calceum. Sic Objectum Logices est Ens non qua Ens ut mox dicetur: Subjectum est mens seu intellectus.

§ 28. De hoc Objecto non convenit Logicis, dum alii Orationem, seu voces statuunt, ut Ammonius & Philoponus, alii Syllogismum seu argumentationem ut Avicenna, Jul. Pacius à Beriga. & Scotus &c. Alii aliud

aliud statuunt. Sententias quatuordecim assert *Johannes Regius in Log.*  
lib. 1. problemate 3. pag. 22., quo benevolum Lectorem relegamus.

§ 29. Relictis aliorum sententiis dicimus *Objectum Logices esse Ens*  
*non quatenus Ens est, sed quatenus Eni notiones secunda imponuntur.*

§ 30. Differentiam Definitionis Logices quod attinet, ea desumen-  
da est non (1.) à formâ cum materia conjunctâ, quia hæc ex corporibus de-  
sumi debet, ut Homo est animal rationale, Logica v. est Accidens. Neq;  
(2.) ex proprio ut alias solemus depromere, quia differentia specifica, quæ  
desumenda esset ex forma, propter ipsum Adæ nos præterit, Hinc a-  
nimalium differentiae sumuntur ex Proprio. Neg. 3. ab Objecto, quia  
hæc occurrit in habitibus principalibus, sic Metaphysica definitur, quod  
sit sapientia Entis, qua Entis. Sed 4. à Fine ut desumitur in habitibus in-  
strumentalibus.

§ 31. *Hic finis est veritatem à falsitate distinguere*, non demonstra-  
tio, ut Ammonius & Jacobus Zabarella lib. 1. de naturâ Logices cap. 18.  
& alii volunt. Alii alium finem statuerunt, de cuius varietate consula-  
tur Regius allegato libro problemate 4. pag. 58.

§ 32. Ex his omnibus Logica nobis rectè definatur, quod sit *habitus*  
*Organicus verum à falso distinguens* Kirchm. pag. 1.

§ 33. In Definitione Causæ etiam examinari solent, quarum quatuor  
recensentur, *Efficiens*, *Materialis*, *Formalis* & *Finalis*.

§ 34. *Causa efficiens Logices* nobis triplex obviam venit: 1. *Gene-  
ralissima* & *remotissima*, quæ *D E U S* est, qui est author & fons omnis  
boni, hinc vocatur *inventum Deorum* apud Platonem. 2. *Remota*, cu-  
jus sunt *Authores*, qui invenerunt Logicam, sic Porphyrius adinvenit  
prædicabilia; Architas Tarentinus & Porretanus prædicamenta: Ari-  
stoteles Syllogismum & demonstrationem ut & syllogismum sophisti-  
cum: Pythagoras & Zeno Topica; Socrates definitionem & divisio-  
nem. 3. *Causa proxima Logices est natura, doctrina & exercitatio*, quæ  
tria faciunt Logieum.

§ 35. *Materia ex qua non datur in Logicâ*, quia Logica est accidens.  
Quicquid enim Enti jam Existenti supervenit illud est accidens. Atqui  
Logica homini jam existenti supervenit, E. Materia ex quâ in solis cor-  
poribus reperitur. *Materia in qua seu subjectum Logices est mens seu in-  
tellectus humanus*: *Materia circa quam seu objectum Est omne Ens, qua-  
tenus ipsum intentionibus secundis informetur, de quibus supra di-  
ctum.*

§. 36. *Forma non est substantialis, quia Logica est accidentis, sed ac-  
cidentalis, quam Genus definitionis constituit, quod fuit habitus Orga-  
nicus mentis.*

§. 37. *Finis est duplex, internus & externus. Internus est, qui con-  
stitit in potestate agentis: Externus vero non semper. V. G. Finis internus  
Piscatoris est piscari, quod semper est in Piscatoris potestate, sed ca-  
pere pisces est finis externus, qui non est semper in potestate ejus.  
Sic finis internus Logices est Syllogismus, quem Logicus semper potest  
formare. Finis vero externus est veritatem à falsitate distinguere, quam  
Logicus non semper assequi valet.*

§. 38. *Per veritatem non eam intellectam volumus, videlicet sen-  
tentiarum, quae est ipsa rerum veritas, & est realium disciplinarum: sed  
connexionum, quae ostendit modum veritatis in propositionibus, quo-  
modo subjectum, quomodo prædicatum sese habeant & hæc de defini-  
tione à nobis brevitiati studentibus dicta sunt.*

### CAP. III.

## DE DIVISIONE.

§. 39. *De Divisione seu potius partitione Logices queritur: An Lo-  
gica etiam posse dividiri? Ratio dubitandi esset, quod Logica sit habitus.  
Omnis habitus est indivisibilis, quia forma est indivisibilis. Logica est  
habitus, E. Resp. distinguendo inter Logicam subjectivè, formaliter & ha-  
bitualiter sumptam, & inter Logicam objectivè & exemplariter acceptam.  
Priori modo quatenus nimur sit habitus mentis, catenus est indivisi-  
bilis, sed quatenus est extra intellectum, objectivè & exemplariter in li-  
bro, catenus dividi potest.*

§. 40. *Diviso est quidem generis in suas species distributio, cum  
Logica non constet ex diversis partibus, attamen pro materiæ & obje-  
cti consideratione diversimoda dispisci potest & parti in partes ana-  
logas.*

§. 41. *Dividitur in Communem & propriam. Communis agit de forma  
generaliter. Propria vero de materia specialiter. Communis absolvitur  
tribus mentis operationibus, utpote 1. apprehensione terminorum simpli-  
cium. 2. compositione & divisione terminorum. 3. discursu seu argu-  
men-*

mentatione. *Propria* triplicem materiam agnoscit. 1. *Necessariam*, unde syllogismus Demonstrativus. 2. *Probabilem* unde syllogismus dialecticus. 3. *Falsam*, unde syllogismus sophisticus.

§. 42. *Divisio* hæc non est totius *essentialiū physici* in materiam & formam, neq<sub>z</sub> *Metaphysici* in genus, & differentiam: neq<sub>z</sub> totius *universalis*, generis in suas species, nec totius *integralis* propriè sic dicti, sed solum totius *integralis analogici*.

§. 43. Q. hæc circa divisionem Logices, an etiam prima mentis operatio sit objectum Logices? Resp. Affirmavdo: Nonnulli reperiuntur qui negativam fovent: ut *Danhavverus* in *Epit. Dial.* pag. 3. Verba ejus hæc sunt: *Oratio Logica* objectum est, ipsaq<sub>z</sub> res, ut ajunt, considerata. Id namq<sub>z</sub> disciplina alicujus practicæ objectum est, cuius finis illius disciplina quasi infunditur, (*sumpēā metaphorā ab arte aurifabrilis & fusoriā*.) Quis enim est finis artū aurifabrilis? effectio formie annularis, scyphi &c. quod objectum? sine dubio aurum. Quamobrem? Quia auro finis artū, forma videtur et annuli, scyphi, infunditur. Cum finis artū sit forma subjecti. Nam verò oratio tam interna quam externa, illa est, qua opus habet directione Logica & discretione veri à falso tam in synthesis, quam analysis: Eaq<sub>z</sub> oratio vel est secundum mentis operationis, ut enunciatum, vel tertia, ut ratio-cinatio. Primamentis operatio in objectum Logica ideo non cadit, quia illerantum actus Logica directione opus habet, qui potest aberrare à veritate atque ex tñ vñç dñi r̄w adiungētaw ūn esti ψeuð. l. 3. de an c. 6. Text. 21. R. Praesupponitur falsa hypothesis, quod scilicet veritas ipsa sit finis logices, cum sit discretio falsi à vero, vel potius facilitatio discriminis veri & falsi. Deinde licet concedamus, quod veritas connexionum sit finis, tamen de veritate sententiarum nemo concedet. Veritas connexionum potest omnino terminis simplicibus induci. V. G. Hic terminus sc. avis est genus, hic sc. passer est species.

#### CAP. IV.

### DE USU LOGICES.

§ 44. Prolixii hīc esse potuissemus in usum pervolvendo, verum pagina angusta non passura est, proinde prætermissa alià vice dilucidius proponi possunt. *Usus autem Nominis* in Naturā Logices hīc est (1) *ut sit instar Locorum Communium*. Quodecumq<sub>z</sub> lego huc possū referre, & sic facilius memoriae imprimi, & inde rursus depromi potest. (2) *in effensa*

*essentiam rei nos dedit: Facile enim invenitur definitio si constet de originatione (3) Controversias vero omnes decidit, quae plerumque oriuntur ex Homonymia, Synonymia & Paronymia.*

**S. 45.** *Usus definitionis & divisionis in natura Logices est, ut gustom totius Logices aliquem nobis exhibeat.*

**S. 46.** *Usus subjecti seu objecti est, ut ostenda Latitudinem Logices, quid nimurum Logica includit. Includit Ens omne, seu omnia, quae sunt in toto mundo, non vero quatenus sunt Entia, sed quatenus Entibus imponit suas notiones secundas.*

**S. 47.** *Hic quaestio illa ventilata digna absolvenda esset: An usus Logices etiam detur in Theologia? Nos affirmativam tenemus sententiam Objectiones, quae hic possunt moveri, ipsi discursui volumus relietas.*

**S. 48.** *Et sic secundum propositum nostrum & temporis & chartae angustiam perlustravimus Procēdium seu Naturam Logices.*

*Te, benedicta Trias, semper laus summa manebit.*

**Q**ui res difficiles audet tentare, minores  
Aggedier Sopbia semper erit facilitas.  
Incepis a Logica, grauior me judice nulla  
Materia esse potest; Quis neget hunc Videam?  
Si Pacium, Scotum, Zabarellum aut perlegis omnes,  
Certè tot sensus quot Videas capita.  
Implicitè totam Logicam Natura prebendit,  
Hanc aggressurus, reliqua nulla timet.  
Hac desermones jam cedere pulpit a scandes  
Intrepidò, grator, dulcis amice, tibi;  
Ut tibi succedit tua dissertatio docta,  
IB SSE NI, paucis omnia corde precor.

Johannes Brandes, Sonderb. Holsat.

**A**rdua res haec est naturam inquirere rerum  
Non minor est Logicas naturam inquirere veram  
De qua, si Logicos aideas, sub judice lis est,  
Hanc hodie, ut video, item componere gestis:  
Gratulor, ut pergas moneo, sic præmia denui.

Richardus von der Hard / Lubec.

• 6 (0) •



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730226085/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730226085/phys_0015)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730226085/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730226085/phys_0016)

DFG

mentatione. *Propria* triplicem materiam agnoscit. 1. Syllogismus Demonstrativus. 2. Probabilis uniculus. 3. Falsam, unde syllogismus sophisticus.

§. 42. *Divisio hæc non est totius essentialiū phrasum, neq; Metaphysici in genus, & differentiam generis in suas species, nec totius integraliū proportionis integralis analogi.*

§. 43. Q. hic circa divisionem Logices, an ratio sit objectum Logices? Resp. Affirmando: Non negativam fovent: ut *Danhabverus* in Epit. Dicitur hæc sunt: *Oratio Logica* objectum est, ipsaq; ratione. Id namq; discipline alicuius practica objectum est, non quasi infunditur, (sumptā metaphorā ab arte). Quis enim est finis artis aurifabrilis? effectio formæ quod objectum? sine dubio aurum. Quamobrem? ma videlicet annuli, scyphi, infunditur. Cum finis verò oratio tam interna quam externa, illa est in Logica & discretione veri à falso tam in synthesi vel est secunda mentis operationis, ut enunciatio. Primum autem operatio in objectum Logicam tantum actus Logica directione opus habet, qui atque ex tñ vñcti tñr adiungēt wñ est pñvñd. R. Præsupponitur falsa hypothesis, quod scilicet gices, cum sit discretio falsi à vero, vel potius falsi & falsi. Deinde licet concedamus, quod veritatem de veritate sententiarum nemo concederet, potest omnino terminis simplicibus induci. V. est genus, hic scilicet passus est species.

#### CAP. IV. DE USU LOGI

§. 44. Prolixo hic esse potuissemus in usus pagina angusta non passura est, proinde prædius proponi possunt. *Usus autem Nominis* (1) ut si instar Lectorum Communium. Quodcumque & sic facilius memoriae imprimari, & inde rursus



the scale towards document

lo, verum  
vice diluci-  
pēces hic est  
lū referre,  
test. (2) in  
effe-

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. . . .

Inch mm

Patch Reference numbers on left

Image Engineering